



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

66 Cùm dissensio sit, à pluribus edita stabunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DISTINCTIO LXVI

Archiepiscopus autem ab omnibus suis provinciis Episcopis debet ordinari.

C. I. ¶ Ab omnibus suffraganeis suis Archiepiscopus ordinatur.

Unde Anicetus Papa in epist. ad Episcopos Gallie. Archiepiscopus i ab omnibus suis provinciis Episcopis ordinatur. & infra. 2. Illud tamen, quod de Archiepiscopi consecratione predictum est, atque acceptum, id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia qui illis preest, ab omnibus Episcopis, quibus preest, debet confirmari. Si aliter praesumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita est eius actus ad ordinatio.

1. Archiepiscopus. Hec prior pars in epistola ipsa, & apud ceteros ecclesiarum scriptis exponitur.

2. Et sic in epistola cum multa alia fore interiecta, tum c. provincialibus. sup. dist. 64.

De Episcopi autem non ordinandi a paucioribus, quam tribus Episcopis, Anacletus epist. 2. ad Episcopos Italiae scribit, dicens.

C. II. ¶ Episcopus non minus, quam a tribus Episcopis ordinatur.

Petrus & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, successibus videlicet suis demeritis formam, ut non minus quam a tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum praeberentibus, ullatenus Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII

Presbyteri vero, & Chorepiscopi ab uno Episcopo ordinari possunt.

C. I. ¶ Sacerdotes ab uno Episcopo possunt ordinari.

Unde Anacletus epist. 2. ad Episcopos Italiae.

Reliqui d sacerdotis a proprio ordinantur Episcopo, ita ut cives & alii sacerdotis assensum praebeant, & ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter & diaconi trinum veracium testimonium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

C. II. ¶ De eodem. Item in Hispanensi concilio secundo, c. 6. legitur.

2. Episcopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, folus auferre non potest.

DISTINCTIO LXVIII

Veritas de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse Episcopos, an sua iterum consecrandi, an non.

Quod vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorii, qui scribens Innocentio Ravennati Episcopo, lib. 2. epist. 32. ait.

C. I. ¶ Semel consecratus, iterum consecrari non debet.

Sicut & semel baptizatus iterum baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa poenitentia indici debet, & tamen ordo servari.

a Sic Iustinus in epist. ad prim. b Extra de tem. ord. c. si Archiepiscopus. Poly. l. 2. tit. 2. c. 1. d. 1. c. 2. 1. p. 5. cap. 139. Pava. lib. 3. cap. 10. c. Idem reperitur in epist. Aniceti. Poly. ibid. Anselm. l. 6. cap. 19. Barthelemi. c. 11. 1. p. 1. cap. 139. Pava. lib. 3. cap. 17. d. Poly. ibid. Anselm. l. 6. cap. 19. 1. p. 1. cap. 6. c. 1. Episcopus. c. 4. sen. dist. 32. B. Poly. l. 2. tit. 2. c. 1. d. 1. c. 2. 1. p. 5. cap. 139. Pava. lib. 3. cap. 17. 1. p. 5. cap. 139.

C. II. ¶ De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat Episcopos non fuisse.

Contra Gregorius III. ad Bonifacium Episcopum, epist. 2. scribens, epist. 2.

Presbyteri, a quos ibidem repositi, si incogniti fuerint illi, qui b ordinant, & dubium est eos Episcopos fuisse, an non, qui eos ordinaverunt; si bonae actionis, & catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, ab Episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur; & sic ministerio fungantur.

Quod ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi sui habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat sui consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandus suo non habuit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, minus quod primum ad consecrationem teneat ab Episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationem consequatur. Si autem sui consecrandi habuit, in prima solutione consecratus est consecrationem: in secunda vero non reiteratur consecratus, sed sola unctio, sicut de quo dubium est, an sit baptizatus, vel non, debet baptizari: qui si prius baptizatus non fuerat, consecratur gratiam baptismi: si autem baptizatus erat: nihil accipit in secunda unctio: & nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad causam salutis. Hoc & de ecclesiarum consecratione similiter observandum est.

C. III. ¶ Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata.

Unde in Nicano concilio legitur.

Ecclesia si semel consecratus Deo non iterum debet consecrati adhiberi, nisi aut ab igne effluxit, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine fuerit polluta: quia sicut infans a quacunque sacerdotis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas causas, quas superius nominavimus: si tamen fidem sanctae Trinitatis tenuerint, qui eum consecraverunt.

2. pars. Inter Episcopos, & Chorepiscopos autem haec est differentia, quod Episcopi non nisi in civitatibus, Chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt. Episcopi formatas tribuunt, Chorepiscopi non nisi commendatitias, & pacificas dare valent. Episcopi sui consecrandi habent, Chorepiscopi tantum minores ordines tribuunt, leviticam autem, & sacerdotalem benedictionem non valent praestare.

C. IV. ¶ In quibus Chorepiscopi ab Episcopis differant.

De his ita scribit Leo I. ad Episcopos Germaniae, & Galliae, epist. 16. al. 32.

Quamvis & Chorepiscopi, & Presbyteris plurima cum Episcopis ministeriorum communis sit dispositio, quaedam tamen auctoritate veteris legis, quaedam novellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita novent: sicut est presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias vel altaria consecrare licet, nec per impositionem manuum, fidelibus baptizatis, vel conversis haereticis & paraclitum Spiritum sanctum tradere, nec christum consecrare, nec christum baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quemquam poenitentem reconciliare, nec formatas cunctis episcopis admittit. Haec enim omnia illicita sunt Chorepiscopis.

a Anselm. l. 7. c. 110. 1. p. 6. c. 117. b a quibus fuerunt ordinari. c. lotione. d De consecr. dist. 2. c. ecclesia. c. 1. vo. p. 6. 72. Anselm. l. 7. c. 122. Poly. l. 4. tit. 26. f baptizandi. 1. p. 1. g ex haereticis. orig.

